

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Joachim Lütkemann

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Lutkemannus,  
Theol. Licentiatus; Ecclesiastes & Professor Physices Metaphysicsesq[ue]  
Ordinarius. ab Insana Bacchanaliorum Turpitudine, Studiosos Iuvenes serio  
dehortatur**

Rostochi[i]: Kilius, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734822464>

Druck    Freier  Zugang



R U . Progr. 1647

- 1) Hermann Schückmann
- 2) Joachim Lüttmann
- 3) -
- 4) Hermann Schückmann
- 5) Johannes Anistorp



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734822464/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734822464/phys_0002)

DFG

2  
*Prop.*

PROGRAMMA  
Quo  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
JOACHIMUS LUTKEMANNUS,  
Theol. Licentiatus; Ecclesiastes &  
Professor Physices Metaphysicesq;  
Ordinarius.

<sup>ab</sup>  
**INSANA**  
**BACCHANA-**  
**LIORUM TURPI-**  
**TUDINE,**

*Studioſos Juvenes ſeriò dehortatur.*



ROSTOCHI,  
Tytis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.  
ANNO M. DC. XLVII.



**V**Aria in variis locis sacra  
ut variæ sunt mortalium libidi-  
nes, turpissimo Deastro Baccho  
instituta legimus, cu: Diaboli-  
cum suum Evoe, plenis ta-  
bus acclamabant, & victimis  
fœdissimis hostiabant. Apud Athenienses pariter  
& Latinos agebantur Ascolia, in quibus utres in-  
flatos ventoq; veletiam vino plenos altero pede  
insiliebant, in honorem Dionysii, ubi sæpius in-  
ter saltandum in terram labentes decidebant;  
peritior autem vinum habebat præmium. Quæ  
præterea acta fuerint præclare expressit Virgil.  
l. 2. Georgicorum.

— Baccho caper omnibus aris  
Caditur. Et veteres ineunt proscenia ludi,  
Præmiaq; ingentes pagos Et compita circum  
Theseidæ posuere, atq; inter pocula lati  
Milibus in pratis unctos saliere per utres.  
Nec non Ausonii Troja gens missa coloni  
Versibus incomptis ludunt, risuq; soluto,  
Oraq; corticibus sumunt horrenda cavatis;  
Et te Bacche vocant per Carmina lata, tibiq;  
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinis.

A 2

Hinc

Hinc omnis largo pubescit vinea fætu;  
Complentur vallesq; cavae saltusq; profundi  
Et quocunq; Deus circum caput egit honestum.  
Eundem ritum Natalis comes, in sua Mytholo-  
gia, hisce verbis explicat: Bacchi statua cum Carmi-  
nibus inconcinnis & ororum more compositis in ejus lau-  
des patriæ idiomate singularum nationum circum fe-  
rebar circa vineas: quæ res plurimum ad fertilita-  
tem, conferre putabatur, atq; ij qui ista faciebant perso-  
nas sumebant è corticibus arborum & vini face ali-  
quando perungebantur, ne cognosci possent, quia multa  
ridicula, multa parum decoræ, multa turpia & podo-  
re plena dicebant, quæ sine personis dicere omnino pu-  
duisse. Deinde vincis lustratis ad altare Bacchi, un-  
de discenderant, redeuntes, sacras victimas in lancibus  
offerebant, & comburebant? Deinde altissimis arbori-  
bus imagines quasdam modo fictiles, modo ligneas,  
Baccho sacras & illisimiles appendebant, quas à parvi-  
tate oris dicebant Oscilla, ut longissime possent prospic-  
cere, quia vineis conferre putabantur. His ita actis in  
Convivium & convivio domum discedebant. Hæc  
ille, ex quibus Bacchantium insaniam cognoscis,  
fœditatem autem si phallogogia seu phallica  
consideras, præente Augustino l. 7. C. D. c. 21. In  
Italia compitis quadam dicit (Varro) sacra Liberi ce-  
lebrata, cum tanta licentia turpitudinis, ut in ejus ho-  
norem pudenda virilia colerentur: non saltem aliquan-

sum

tum verecundiore secreto, sed in propatulo exultante  
nequitia. Nam hoc turpe membrum per Liberi dies fe-  
stos cum honore magno postellis impositum, prius per  
rura in compitis, **E**go in Urbem postea vectabatur.  
In oppido autem Lavinio unus Libero totus mensis tri-  
buebatur, cuius diebus omnes verbis flagitiosissimis u-  
tebantur, donec illud membrum per forum trans ve-  
ctum esset atq; in loco suo quiesceret. Cui membro inho-  
nesto matrem familias honestissimam palam coronam  
necessere erat imponere. Sic videlicet Liber Deus pla-  
candus fuerat pro eventibus seminum: Sic ab agris fa-  
scinatio repellanda, ut matrona hoc facere cogeretur in  
publico quod nec meretrix si matrona spectarent, per-  
mitti debuit in theatro. Originem foedissimarum fe-  
riarum Natalis comes recenset: Fama est, inquit,  
quod Pegaso imagines Dionysii ex Eleutheris Civita-  
te Bœotiae in Atticam regionem portante, Athenienses  
Deum neglexerunt, neq; ut mos erat, cum pompa acce-  
perunt: quare Deus indignatus pudenda hominum  
morbo infestavit, qui erat illis gravissimus: tunc eis ab  
oraculo quo pacto liberari possent potentibus, respon-  
sum datum est, solum esse remedium malorum omnium  
si cum honore **E**pompa Deum receperissent: quod fa-  
ctum fuit. Ex ea re tum privatim tum publicè lignea  
Virilia thyrsis alligantes per eam solemnitatem gesta-  
bant. Ita Natalis; Ludovicus vives autem in com-  
mentariis, quibus illustravit Augustinum de

Civ. D. aliter: Diodorus Osiridem quem eundem Bacchum fuisse ferunt, disceptum à Typhone fratre narrat datumq; unicuiq; eorum qui cum Typhone conjurabant, partem aliquam quo fideliores inter se forent. Osiridis mors melius celaretur: Virile membris cum nemo vellet recipere, in Nilum est abjectum. Postea I sis mariti necem ulta, membra omnia ex conjuratibus recuperavit. Ubi deesse mentulam intellexit, imaginem ejus sacravit. Ad suam Consolationem majore habuit honore, quam reliquas partes, Ceremoniasq; Sicra ilii instituit, phallumq; dixit, cui primum initabantur futuri sacerdotes. Quia autem vanissimas fabulas conati sunt naturalibus interpretationibus honorare, etiam mysterium quæsiverunt, in ista turpitudine, quæ per pagos villasq; ingenti boatu risuq; fuit celebrata. Nam Bacchum seminibus praesesse jndicare voluerunt. Sine Baccho friget Venus. Euripedis est quod addo, in Bacchi laudem cantatum:

Τὴν παυσίλυπον ἀμπελὸν δύαι βερτᾶς,  
όντες δὲ μηκέτ' ὄντες οὐκ εἰν χύπεις,  
δύο ἀλλο πορπνὸν δύεν ἀνθεώπις επ.

Oblivionem palmitem mali dedit.

Si vina tollas & venus statim perit

Nec dulce quidquam restat hinc mortalibus.

Egregium, si Baccho placet, mysterium! Turpitudines sunt, quæ narravi, immundarum animarum

rum animarum, quæ uno vero Deo destitutæ, fraudibus immundi spiritus, immunditiæ prosti-  
tuuntur, seq; ut Augustin. d. l. loquitur *spurcorum*  
*demonum turbis con violandas polluendasq; præbent.*  
Nec celebrari sacra tam probo Deo poterant, nisi  
à thyrsgeris furore correptis, tanta insanìa, ut  
omni pudore posthabito, per secreta silvarum  
clamoribus & dissonis & turpissimis ejulantes,  
per furem agere, non per fraudem viderentur.  
Hæc illa dementia est, quæ adeo Christianis pla-  
cuit, ut nulla arte tolli penitus potuerit. Tam dif-  
ficulter cupit obliterari inveterata lascivia. Ast  
utinam ne superare stuperent Ethnicam petu-  
lantiam Christiani. Illi insaniebant quotannis,  
vel saltem tertio quovis anno, unde Trieterica di-  
cebantur sacra, quasi triennalia, nostri quotidie.  
Ignominiosum nobis est, verum tamen, si veritas  
dicenda; totam multorum studiosorum vitam  
Academicam, perpetua esse bacchanalia. Futili-  
tibus & ineptiis destinare nobilem juventu-  
tem; nocturnis diurnisq; discursionibus; be-  
luinis clamoribus & boatibus; rixis & tumul-  
tibus tranquilla noctis silentia, & diei honestam  
securitatem turbare; temulentas pugnas & cæ-  
des movere, quid est, nisi bacchanalia desipere?  
Cogitate, si quid adhuc sani in vobis est, cogitate,  
non tantum Christo vos nomen dedisse, quod  
vobis

vobis cum plebe commune est, sed quod vos super  
vulgi sortem evehit, sapientiae vos virtutisq; studiosos audire. Quid Christo cum Belial?  
quid luci cum tenebris? quid sapientiae cum tur-  
pissima dementia? Christo estis sacri; ita puta-  
tis, ita profitemini; in Diaboli castra aperte tran-  
sire non erubescitis, ipsi q; turpissimam scurrilita-  
te libare. Tristis ubiq; omnium rerum est facies;  
Bello ardet Corpus Christi; sonat ferrum, offen-  
si numinis iudicium; nos Bacchi orgiis sacrare, &  
nostra malitiâ bellum alere non desistimus. Si  
diuturnis hisce malis, quibus premimur ita ani-  
mus obstupuerit, ut sensu etiam molestiae carere  
cæperit, scitote, o Amici, gravior vos expectat ira.  
Numen est, quo cù bellū geritis, potentia latiflui  
minis effugere non poteritis, nec eis sapientiam  
corrumperet. Novit figura atq; cogitata ani-  
mi. Sistit nobis hisce diebus Ecclesia Salvatorem  
nostrum in vincula conjectum, morti q; tradi-  
tum. Ecce homo! Ecce! quantum laboravit pro  
tua salute, Deus benedictus in secula? Nolite per-  
dere, quod Deus sibi acquisivit peculium, effusio  
sanguine. De tnobis omnibus pater luminis spi-  
ritum cognitionis & sapientiae, ut nos ipsos cog-  
noscamus, & solidam in Christo Iesu salutem,  
serio quaeramus. p. p. Rostochii 28. Fe  
bruarij, Anno 1647.

• 6(0) •



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734822464/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734822464/phys_0011)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn734822464/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn734822464/phys_0012)

DFG

terrâ, sive quæ in cœlis sunt. celestes Spiritus, unum nunc cœlum, quotquot in terris agunt, ex quo quæcunque unus dicit Imperator omnibus. In hoc verò quæcunque longè lateq; patens piorum quod explicari satis nequit. Dei verbis gratiosissimis ad tæ societatis consideratione gratitudinē: *Accessit is, inquit, et civitatem Dei vivi, Huius innumerabilium Angelorum primogenitorum, qui conscripsit universorum Deum, Et eorum, Et ad Novi Testamenti Videndum nobis est, ne le magni facit Spiritus Dei, tandem nostræ naturæ intentionem; Hæc ubi spreta fuerint nullus ad eam in omnem recessus patebit.*

Vobis ista, *Cives Academici* ponuntur, scripta non modo propensi, qui vestræ omniuersitatis ipsi & qui ordinis vestri cesseritis Diabolo & Angelum Academiarum nullas



ciliati cœ-  
pus sanctis;  
constituūt,  
tenens in  
ta & quam  
tia, id est  
ur à Spiritu  
n tam bea-  
titam D E O  
ontem Sion  
celestem Et  
concionem  
lis, Et Judi-  
orum perfe-  
rem Jesum.  
nus, quam  
am & stu-  
evatæ emi-  
ore gratiæ,  
itatem re-

primis pro-  
ced affectus  
upidus est.  
lmam con-  
ii in perni-  
as moliun-  
tut,